VITAM alienam ne laceres, de malo alieno os tuum non inquines .XXIIII. XXXIIII. a.

VITE presentis miseria ostenditur et feditas per peccatum .XXVI. LXXVII. a.

(col. b)

VITAM istam lugentes intravimus, cum dolore pertransimus, cum luctu exituri sumus .XXVII. XLVIII. a.

VITE viciniora sunt mobilia quam ea que moveri non possunt .XXVII. LXVIII. a.

VITAM nostram cotidie discutere debemus, quantum proficimus quamtumve deficiamus .XXIX. XXII. a.

QUERE Vivens. Vivere.

VITA activa et contemplativa describuntur .IIII. LXXV. c.

VITA activa utilis est cum contemplativa .XV. LXVI. c.

VITA activa et modus eam optinendi describitur .XX. LXXIIII.

VITA contemplativa est utilis cum activa .XV. LXVI. c.

VITA contemplativa commendatur .XV. XCI. b.

VITE contemplative seu speculative utilitas et modus eam obtinendi describitur .XX. LXXXVI.

VITE contemplative excellentia declaratur .XX. CXVI. a.

VITE contemplative requies commendatur .XXI. LIX. c.

VITA contemplativa describitur a Prospero .XXI. LXV. f.

QUERE Contemplatio. Contemplativa.

VITE eterne certitudinem Augustinus asserit .XIX. LXXII. a.

VITAM beatam omnes volunt .XIX. LXXX. c.

VITA beata est gaudium de veritate sola .XIX. LXXXI.

VITA beata ex descriptione anagogica claustri spiritualis multipliciter commendatur .XXVIII. LVII.

VITE eterne gaudia et vite presentis miserie describuntur et ostenditur qui perveniant ad eamdem .XXIX. XXI.

QUERE Beatitudo. Felicitas. Gaudium. Gloria eterna. Paradisus.

VITE solitarie operationes sunt tres: paupertas, discretio et tribulatio .XV. LX. b.

VITA solitaria commendatur .XV. LXXXII. a.

VITA solitaria et communis se habent sicut excedentia ad excessa .XVI. LXXXII.

VITA solitaria non est ita utilis ad vicia corrigenda sicut vita communis .XVI. XCI. f.

VITE solitarie vita communis prefertur .XVII. XXI.

Item .LXIX. c.

VITA cenobitica sive communis commendatur .XV. LXXXII. b.

VITA communis utilior est ad vicia corrigenda quam solitaria .XVI. XCI. f.

VITA communis vite solitarie antefertur .XVII. XXI.

Item .LXIX. c.

QUERE Religio. Vita solitaria.

VITALIANUS romane ecclesie presidet .XXIIII. CXVII. f.

VITALIS et Valerie passio .X. L. a.

VITALIS, Germani, Cleofili et Cesarii martyrum passio .XII. LII. d.

VITALIS et Agricole martyrum passio et corporum inventio .XIII. XLIX.
VITELLI imperium, mores et forma describuntur .X. CXXVII. et s.
VITREA insula describitur .II. LXXXI. c.
VITULE ruffe sacrificium et aque aspersionis modus describuntur .III. XXXVII.
VITUPERATIO et laus debent esse moderate .IX. CIII. b.
VITUPERATIO non te frangat nec favor seducat .XXIIII. XXXIII. f.
VITUS Lucretius poeta amatorio poculo vertitur in furorem .VI. XCV. c.
VIVENTII confessoris vita et miracula .XIIII. XCIX.
VIVENTII remensis gesta .XXIII. CXIIII.
VIVENS recte ne cures verba malorum, arbitrii nostri non est quod quisque loquatur .VI. CIX. f.
VIVENS misere ut locuplex moriatur furiosus est .IX. CXXXVIII. f.
VIVERE male genus est mortis .VII. CXXII. e.
VIVENDUM est cum hominibus quasi deus videat .IX. CXVIII. e.
VIXISSE bene non diu laudabile est .IX. CXXXII. f.
(f° 75 v°, col. a)
VIVERE virtuose nobis naturaliter insitum est .XV. LXXXI. c.
VIVENDI modus docetur maxime quo ad religiosos .XVI. LXIX. a.
VIVERE credit etiam decrepitus uno anno .XVII. LXV. f.
VIVERE sancte inter non sanctos maius est quam monasteria edificare et pauperes sustentare .XVII. LXXXV. b.
VIVERE de labore manuum monachis suadetur .XX. CXXIII.
VIVERE de aliena stipe solis est debilibus attributum .Ibidem. e.
VIVERE bene suadetur quia cito nichil erimus omnes precipue quo ad corpus .XXI. XXV. d.
VIVERE cum pudore inhonestius quam mori cum honore .XXI. LV. f.
VIVERE prave et loqui recte miserum est .XXI. LIX. b.
VIVERE prave et loqui bene est se sua voce dampnare .XXI. LXIIII. a.
VIVIANE martyris passio .XV. XXXVII. f.
ULCANUS et Foillanus fratres clarent in Gallia .XXIIII. LXXX. f.
ULTRAMARINE civitates et loca alia illarum partium ac quedam gesta in eis describuntur .XXXII. LVII. et s.
UNCTIO ex legalibus in novo testamento retinetur .IX. XVII. f.
UNCTIONIS extreme sacramentum tractantur .IX. LIX.
UNCTIONIS eiusdem sacramentum infirmum corroborat et demones fugat .XXXI. XXXVII. f.
UNDECIM milium virginum gesta et passio et miracula .XXI. XL. et s.
UNITAS triplex est in homine .II. XXXVI. d.
UNITATUM .IX. genera describuntur .XXIX. LXXIX.
UNITAS essentie in trinitate personarum in divinis miraculose ostenditur .XXI. XXXIX. d.
QUERE Essentia. Divina. Persona. Trinitas.
UNIVERSITAS creaturarum oppositione mutua decoratur .II. VI. d.
VOCATIONIS seu conversionis tres sunt species: prima fit per deum, secunda per hominem, tercia per adversitatem .XX. XLVIII. b.

VOLUISSE prava miserum est, potuisse miserius, sine quo voluntatis langueret effectus .XXII. XX. b.
VOLUNTARIA convertuntur in neccessaria per votum spondentis .XXIX. LI. d.
VOLUNTAS est animi motus nullo cogente ad aliquid admittendum vel adipiscendum .II. XXXIX. a.
VOLUNTAS impetrat id ad quod vis cogit .VI. LXXIII. c.
VOLUNTAS est que quid cum ratione desiderat .VII. XXVI. a.
VOLUNTAS bona viribus deficientibus est laudanda .VII. CXXII. e.
VOLUNTAS hominis conformari debet voluntati divine et qualiter .IX. CXXXI. e.
VOLUNTAS pluribus est pro ratione .IX. CXXXVIII. b.
VOLUNTAS principum que a multis inspicitur irreprehensibilis debet esse .XIIII. L. e.
VOLUNTATEM propriam non facere est opus hominis perfecti .XVI. LXXIX. a.
VOLUNTATEM ipsam et curas reicere seculares facit hominem quietum .Ibidem. b.
VOLUNTAS dei non est discucienda sed cum gratiarum actione pacienda .XVII. LXXXIIII. e.
VOLUNTATE perversa facta est libido et ex libidine consuetudo .XIX. LXXIII. b.
VOLUNTATES duas novam scilicet et antiquam videtur ponere Augustinus .Ibidem. c.
VOLUNTAS operantis non processus operis intueri debet .XX. XCV. a.
VOLUNTAS impleta non semper est felix cum sepe iniusti sint mala vota animi .XXI. LXI. a.
VOLUNTAS que viget affectu non gemit imperio .XXI. LXII. b.
VOLUNTAS non rerum impossibilitas facit res duras quas volumus observare .XXI. LXVIII. a.
VOLUNTAS bona qualis esse debeat ostenditur .XXIII. CII. d.
VOLUNTATIS bone numquam sacrificium plene persolvitur (col. b) nisi cupiditas seculi perfecte deseratur .Ibidem. f.
VOLUNTAS bona mox recedit cum eam invidia ceperit .Ibidem.
VOLUNTATE bona nichil dicius esse potest .XXVIII. XXI. b.
VOLUNTAS avariciam et cetera vicia parit .XXIX. IIII.
VOLUNTAS facit usum, usus exercicium, exercicium vero vires in omni labore ministrat .XXIX. CV. e.
VOLUNTAS bona origo est in anima omnium bonorum et mater virtutum, econtrario de mala voluntate .XXIX. CXX. a.
VOLUNTAS cum movetur ad superna amor est sed cum ad terrena concupicentia est .XXIX. CXXI. a.
VOLUNTATI in concupiscenciis cito satis est, viciis vero voluntatis nil umquam satis est .Ibidem. c.
VOLUNTAS secundum sui diversas dispositiones diversas concipit cogitationes: neglectas, ociosas, corruptas et cetera ac etiam rectas, neccessarias , pias et ad fructus spiritus efficaces .XXIX. CXXII.
VOLUNTATIS in deum tendentis examinatio .XXIX. CXXIII.
VOLUNTAS dei nostre voluntatis regula debet esse .XXX. CXII. b.
VOLUNTAS perversa est animi motus ad appetendum aliquid

propter se preter deum .XXX. CXLI. d.

QUERE Concupiscentia. Carnalis. Desiderium.

VOLUPTAS est esca malorum qua capiunt homines sicut hamo pisces .IIII. LXXIX. c.

VOLUPTATE nulla pestis capitalior data est hominibus a natura .IIII. LXXX. a. et f.

VOLUPTAS super omnia nocet menti et contemplationi .Ibidem. b.

VOLUPTATES abeuntes penitentia plene sunt .IIII. LXXXII. e.

VOLUPTATEM omnem quicumque habet incontinens est, qui autem omnes fugit insensibilis .IIII. LXXXVI. b.

VOLUPTAS cito abit, nequiter factum apud vos semper manebit .VI. CVII. b.

VOLUPTATI pauca debentur, plura saluti .VI. CIX. e.

VOLUPTAS quecumque morbi causa est .VI. CX. d.

VOLUPTAS et cupiditas multipliciter dissuadentur .VII. XIX.
Item .CVIII.

VOLUPTATIS aliqua spe maioris voluptatis vitatur .VII. XXVIII. e.

VOLUPTAS cuiuslibet est sibi cure .VII. CXI. f.

VOLUPTATES diebus festis maxime sunt vitande .IX. CXXI. a.

VOLUPTATEM ex cibis vilibus posse capere voluptas est .Ibidem. b.

VOLUPTATES nisi ratione moderentur in contrarium convertuntur .IX. CXXII. c. et e.

VOLUPTATES modum excedentes pene sunt .IX. CXXXV. c.

VOLUPTATES commendat rarior usus .IX. CXXXVIII. e.

VOLUPTAS sepe fallit quia delectabilia indicat minus longa .X. CXXII. e.

VOLUPTAS que diu animum tenuit relinquitur cum remorsu .X. CXXV. c.

VOLUPTATEM videre et spernere virtuosius est sed nescire securius .XVII. LXI. b.

VOLUPTATUM copiis sine voluptate perfrui contra naturam est .XVII. LXXVI. c.

VOLUPTAS est cum quis desideriis suis fruitur .XVIII. XLIII. d.

VOLUPTATES carnis tormenta sunt et in suum delicie more carnificum revertuntur auctorem .XIX. CXXVIII. d.

VOLUPTATES continue monachus refrenare non potest nisi prius per obedientiam suam mactaverit voluntatem .XX. XIX. e.

VOLUPTATES qui non vicerit iram vel tristiciam vitare non potest, immo nec in cenobio concorditer habitare .Ibidem. d.

VOLUPTAS terrena amplis spaciis procedit, virtus vero limite angusto .XXI. LIX. e.

VOLUPTATES carnales, gustus et tactus dissuadentur et spirituales consuluntur .XXI. LXI. f.

(f° 76 r°, col. a)

VOLUPTATUM appetitus plenum est anxietate, sacietas penitentia .XXII. XIX. c.

VOLUPTAS corporalis si beatum faciat, beatiores sunt pecudes hominibus que circa voluptates totaliter occupantur .XXII. XIX. f.

VOLUPTATUM corporalium quicumque vult desideria temperare prius assuescat numquam vel raro delicias cogitare .XXVIII. LXVI. d.

VOLUPTAS experta cito repetitur et repetita blanditur .XXIX. L. a.

QUERE Delectatio. Delicie. Libido. Luxuria.

VOLUPTUOSUM fragrantem ungentis Vaspasianus a prefectura expellit .XI. I. c.

VORTIGRINI regis Anglorum gesta .XVII. VI. d.

Item .XXI. XXX.

Item .XXXIIII. a.

VOTORUM et decimarum leges instruuntur .III. XL. d.

VOTUM est alicuius boni cum deliberatione facta promissio .IX. LXXVII. a.

VOTUM est conceptio boni propositi cum deliberatione firmata .Ibidem.

VOTUM continentie sollempne impedit matrimonium .Ibidem. a.

VOTUM continentie nullus coniugum potest emittere sine consensu alterius .Ibidem. c.

VOTUM non transgreditur qui in melius commutat .XX. XCIIII. et s.

VOTUM commutat voluntarium in neccessarium .XXIX. LI. d.

VOTI remissio sine neccessitate non dispensatio sed prevaricatio est .XXIX. LIII. f.

VOTI transgressor censetur qui preceptum contempserit et remedium ipsius contemptus .XXIX. LIX. f.

VOTUM simplex et votum solempne distinguuntur et describuntur .XXX. CXLVI.

QUERE Diffinitio. Dispensatio. Promissio. Sponsio. Voluntarium.

VOVERE que persone possunt et que non ostenditur .IX. LXXVII. b.

VOX dulcis et solida raro conveniunt in eodem .IX. CXII. d.

VOCIS vive actus aliquid habet latentis energie et de ore doctoris in aures discipuli transfusa fortius sonat .XVIII. LXXXIII.

VOX in diversis officiis non debet esse fracta, feminea vel remissa et cetera .XVIII. XXXIIII. e.

VOCIS vive indicium aptius est negociis intimandis .XXII. XIIII. d.

VOX carnis voluptas, vox mundi vanitas, vox dyaboli iniquitas, vox dei bonitas .XXVIII. XXXV. e.

VOX rara, nichil mihi conscius sum .XXIX. LXVII. f.

VOCIS levis et vite gravis vix aliquis invenitur .XXX. CXLVIII.

URBANUS primus ecclesie romane presidet .XII. XXI. a.

URBANI eiusdem et sociorum eius passio .XII. XXV.

URBANUS II$^{us}$ ex monacho cluniacensi episcopus hostiensis, demum ecclesie romane presidet .XXVI. LXXXIIII. b.

URBANUS idem concilia in Francia celebrat et renovat Hildebrandi decreta .XXVI. XC. f. et s.

URBANUS III$^{us}$ romane ecclesie presidet .XXX. XL.

URBANUS idem audita amissione terre sancte moritur .XXX. XLIIII. e.

URCICINI martyris passio .X. L. a.

URSACII martyris passio .XIIII. LXI. b.

URSICAMPI monasterium fundatur .XXVIII. V. b.

URSULE virginis gesta, passio et miracula .XXI. XL. et s.

USURARII abscondentes frumenta in tempore necessitatis .XVIII. XXXVIII. d.

USU consilium augetur .XVIII. XXXVII.

USUS illicitus est abusus potius nominandus .XIX. XCIII. a.

USUS facilitat ea que a principio dura fuerunt .XXI. LXVIII. a.

USU assiduo vitia innaturantur .XXIIII. XXII <=XXIII> . b.

USUI omnia cedunt, quod enim cum difficultate ceperis per usum cum delectatione perficies .XXIIII. XXXIIII. c.

QUERE Assuefactio. Consuetudo. Exercicium. Mos.

(col. b)

UTENSILIA seu vasa monasteriorum non debent inhonestis usibus applicari .XV. LXXXIIII. a.

UTERPENDRAGON Arturum regem generat .XXI. XLIX. d.

UTERPANDRAGON idem infirmus et quasi semimortuus Saxones debellat .XXI. LV. c.

UTERPANDRAGON moritur et Arturus in regnum sublimatur .XXI. LVI. b.

UTI est quod in usum venit ad id quod amat obtinendum referre si tantum amandum sit .XIX. XCIII. a.

UTICA terra per septem dies sonos ad modum mugentis emittit .XIX. LII. f.

UTILES Pompeianus, quia fratrem suum occiderat, se occidit .VI. XCIX. c.

UTILITAS speculi hystorialis exprimitur .I. II. et s.

UTILITAS non est honestati preferenda .IIII. XXXIX. f.

UTILITAS opibus preponi tempore debet .VI. CVIII. b.

UTILITATIS due sunt species scilicet incolumitas et potentia .VII. XXIII. d.

UTILITATES suas in commune non referre sed sibi soli vivere bestiale est .XXI. LXXII. c.

UTILITAS propria contemplativorum non est preferenda actioni que commodo proficit plurimorum .XXIII. XXVIII. e.

UUALARIS monasterium a beato Landelino fundatur .XXIIII. CIIII. d.

UUALDRICUS ausburgensis claret .XXV. LXXXIX.

UUALDRICUS laudunensis episcopus a civibus suis occiditur .XXVII. XI. a.

UUALTERUS laudunensis episcopus virtutibus clarus moritur .XXX. II. c.

UUANDALUS: Quere supra Vandalus.

UUIBERTUS de milite monachus claret .XXV. LXII.

UUIBERTUS idem moritur .XXV. LXXXVI.

UUICHECH pragmennensis episcopus claret .XXV. LXXXIX. f.

UUIFRIDUS claret in Gallia .XXIIII. CXXXII. b.

UUIGORNIA recipit pro clericis secularibus canonicos regulares .XXV. LXXXIII. f.

UUILLEQUINUS comes Hollandie in regem Alemannorum eligitur .XXXII. LIII. f.

UUIDO et Berengarius de regno Ytalie contendunt .XXV. LI. e.

UUIRULORUM id est Longobardorum regni origo .XVII. X. d.

UUINDOCINENSE monasterium fundatur .XXV. XLVI. d.

UUISIGOTHORUM regni origo et aliqua gesta .XVII. XII. d.

UUISIGOTHORUM regum cathalogus .XVII. XIII.

UUISIGOTHORUM regnum a Sarracenis occupatum finitur .Ibidem. e.

UUISIGOTHI a Sarracensis debellati eis subduntur .XXIIII. CXLVIII. b.

UULCANIE insule describuntur .II. LXXXIII. e.

UULCANUS: Quere supra Ulcanus.

UULFRAMNI senonensis gesta et miracula .XXIIII. XCLV. et s.

UULNUS est cavendum quod dolore curatur, sic peccatum quod curatur per penitentiam .XVII. LXVIII. a. vel d.

UULNERA clausa plus cruciant .XXIIII. XXXIX. b.

UULPERTUS abbas claret in Ytalia .XXIIII. CLVIII. c.

UULCTANI vigorniensis gesta .XXVI. CVII. d.

UULTUM cum animo in fletu et gaudio concordare decet .VII. LXVII. c.

UULTUS tacens quandoque habet vim verborum .VII. CXI. e.

QUERE Facies.

UXOR nubenda plus debet eligere virum egentem pecunia quam pecuniam viro indigentem .IIII. XXXIX. a.

UXOR quedam pudica credebat ora omnium hominum fetere quemadmodum os mariti fetere cotidie sentiebat .VI. XXXIIII.

UXORES ducant qui propter timores nocturnos soli iacere formidant .XVII. XLI. f.

UXOREM ducere et salvari melius est quam ad altiora tendere et in infernum demergi .XVII. XLII. f.

UXORIS nimis ardens amator adulter est .XVII. LXXV. e.

(f° 76 v°, col. a)

UXOREM cognoscere post conceptionem exemplo animalium dissuadetur .Ibidem. f.

QUERE Femina. Matrimonium. Mulier. Nuptie.

UXORATORUM incommoda multiplicia ostenduntur .XVII. XLVIII. e.

UXORATI sacerdotes a divinis officiis suspenduntur et proinde infinita scandala oriuntur .XXVI. XLV.

XANCIPI cartaginensis bella cum Romanis describuntur .VI. XXXV. d.
XENOCRATES philosophus platonicus claret .V. XIIII. a.
XENODOCHIA pauperum instituuntur .VI. LXXX.
XENOPHON philosophus claret .IIII. LXVII.
XENOCRATIS perseverantia contra temptacionem mulieris .Ibidem. e.
XENOCRATES Pelemonem luxuriosum pulcre revocat ab errore .VI. XI.
XERSES luxuriosus regnat in Perside .IIII. XXXVI. f.
XERSIS eiusdem gesta et bella .IIII. XXXVII. et s.
XERSES proditiose ab Archelao occiditur .IIII. XLI. a.
CHRISTIANORUM nomen primo discipulis imponitur .VIII. CXXII. e.
CHRISTIANI plures optione data martirium elegerunt .XIII. XV.
CHRISTIANIS fugatis de quibusdam civitatibus, fertilitas propter hoc evenisse asseritur a paganis .XIIII. XX.
CHRISTIANORUM pietas maxima in paganos ostenditur .XIIII. XXII.
CHRISTIANI philosophiam et artes liberales discere prohibentur .XV. XXX. b.
CHRISTIANIS inhibetur milicie cingulo insigniri .Ibidem.
CHRISTIANIS nichil est felicius quibus regna celestia promittuntur .XVII. XX. a.
CHRISTIANUM putare non pati persecutionem error est .XVII. XXXVIII.f .
CHRISTIANUM non decet nisi in cinere mori .XIX. XXXII. e.
CHRISTIANORUM victoria mirabilis contra Sarracenos describitur .XXVII. XLIIII.
CHRISTIANI in Syria bis Sarracenos devincunt .XXVIII. I. d.
CHRISTIANI a Turcis et Sarracenis confusibiliter debellantur et terra sancta amittitur .XXX. XLIII. et s.
CHRISTIANI heremite gastinensis gesta et visiones .XXX. XI. et s.
CHRISTINE virginis et martyris gesta et agones .XIII. LXXXVI. et s.
CHRISTINE alterius et Vincentii et Sabine martyrum passio .XIII. CXXIX. a.
CHRISTOFORI martyris gesta et agones .XIIII. XXIIII. et s.
CHRISTOFORI eiusdem passio .XIIII. XXVI.
CHRISTOFORUS romane ecclesie nonagesimus octavus presidet .XXV. LVIII. c.
CHRISTI passio in morte Sampsonis iudicis Israel figuratur .III. LXVII. d.
CHRISTI iudicium generale sibilla prophetat .III. C. b.
CHRISTI passionem eadem sibilla vaticinat .III. CI. c.
CHRISTI resurrectionem et descensum ad inferos eadem exprimit .Ibidem. f.
CHRISTI incarnatio a Septuaginta interpretibus tacetur et quare .VI. XVII. b.
CHRISTUS pacis tempore nascitur et quare .VII. LXXI.
CHRISTI generatio ab evangelistis diversimode texitur .VII. LXXIIII.
CHRISTI incarnatio et modus eius exprimitur .VII. LXXVII. a.
CHRISTUS non dicitur filius spiritus sancti et quare .VIII. LXXVII. f.
CHRISTI predestinatio .VII. LXXX. a.
CHRISTI hominis gratie et sapientie plenitudo .Ibidem. c.

CHRISTUS fuit viator et comprehensor .Ibidem. e.
CHRISTUS non habuit spem neque fidem ut virtutes sunt .VII. Ibidem. f.
CHRISTUS habuit caritatem perfectissimam .Ibidem. f.
CHRISTUS est caput ecclesie secundum utramque naturam .VI. LXXXI.
CHRISTUS quosdam nostros defectus penales assumpsit .VII. LXXXII.
CHRISTUS ab instanti conceptionis totum sibi meruit quidquid habet .VII. LXXXIII.
CHRISTUS in lumbis Abrahe non fuit declaratus vel decimatus .Ibidem. c.
CHRISTUS quare tamdiu distulit incarnari .VII. LXXXIIII.
(col. b)
CHRISTUS dominica die nascitur .VII. LXXXVII. et s. a.
CHRISTUS in presepio reclinatus ab animalibus adoratur .VII. LXXXIX.
CHRISTUS circumciditur et circumcisionis cause assignantur .VII. XC.
CHRISTUS duce stella previa a magis adoratur .VII. XCI. a.
CHRISTUS in templo presentatur et a Symeone recipitur .VII. XCI. e.
CHRISTUS a Johanne in Iordane baptizatur et septem cause ipsius baptismatis assignantur .VIII. VII. e.
CHRISTI temptatio describitur et circa temptationem plura referantur .VIII. IX.
CHRISTUS primo vocat discipulos .VIII. X.
CHRISTI gesta usque ad incarnationem Johannis .VIII. XI.
CHRISTUS aperte incipit predicare .VIII. XII. a.
CHRISTUS .XII. apostolos ad predicandum mittit .VIII. XVIII. a.
CHRISTI gesta et miracula post sermonem domini in monte .Ibidem. et s.
CHRISTUS demones in porcos mittit et quare .VIII. XVIII. c.
CHRISTUS septuaginta duos discipulos mittit ad predicandum .VIII. XXI. a.
CHRISTI gesta et parabole post questionem Johannis .VIII. XXI. b.
CHRISTUS a Iosepho commendatur eiusque resurrectio asseritur .VIII. XXIII. b.
Item .XI. II. d.
CHRISTI forma corporalis describitur .Ibidem. c.
CHRISTI gesta et miracula post Johannis decollationem .VIII. XXIIII.
CHRISTUS transfiguratur in monte Thabor .VIII. XXV. a.
CHRISTI gesta et miracula usque ad Enchenia .VIII. XXV. et s.
CHRISTI et Abagari regis mutue epistole .VIII. XXIX.
CHRISTI gesta veniendo Ierusalem ad passionem .VIII. XXXI. et s.
CHRISTUS vendentes et ementes de templo eicit .VIII. XXXIII. a.
CHRISTUS misericorditer liberat mulierem in adulterio deprehensam .VIII. XXXIIII. a.
CHRISTI gesta in secunda feria ante passionem .Ibidem.
CHRISTUS a Iuda traditus ligatur .VIII. XXXIX. a.
CHRISTI causa coram Pilato discutitur .VIII. XL.
CHRISTUM curati ab eo liberare nituntur .Ibidem. d.
CHRISTUM Herodes fatuum reputans illudit .VIII. XLI. a.
CHRISTUM Pilatus iudicat .Ibidem. f.

CHRISTUS crucifigitur .VIII. XLII. f.

CHRISTI vestimenta inter milites dividuntur .Ibidem. d.

CHRISTUS aceto potatur .VIII. XLIIII. f.

CHRISTUS moritur eique morienti elementa compaciuntur .VIII. XLV.

CHRISTUS a Ioseph et Nichodemo sepelitur .VIII. XLVIII.

CHRISTUS in triduo mortis non fuit homo .VIII. XLIX. c.

CHRISTI meritum describitur .VIII. LI. et s.

CHRISTI apparitiones post resurrectionem in testimonium eiusdem resurrectionis ostenduntur .VIII. LV.

CHRISTUS Ioseph incarcerato apparet .VIII. LVI. a.

CHRISTI descensus ad inferos et gesta ibi describuntur .VIII. LX. et s.

CHRISTUS videntibus discipulis in celum ascendit .VIII. LXIIII.

CHRISTI ascendentis in celum pedum vestigia in loco unde ascendit adhuc apparent .Ibidem. f.

CHRISTUS fuisse asseritur in funere matris sue .VIII. LXXVI. d.

CHRISTUS in deum non recipitur a senatu quia docuit paupertatem .VIII. CXXIII. f.

CHRISTUS totam legem implevit .IX. XIII. d.

CHRISTUS corpus suum in cena assumpsit .IX. XXXVI. d.

CHRISTUS a Iosepho multipliciter commendatur .XI. II. d.

CHRISTUS a parte septentrionali de Ierusalem crucifixus fuisse videtur .XI. XC. b.

CHRISTI nominis confessio vires restituit in tormentis .XI. XCVIII. c.

CHRISTUM fuisse verum messiam quidam Iudeus confitetur .XIIII. XCIIII. c.

CHRISTUS corpus sensatum et organizatum in incarnatione suscepit .XV. XXIX. c.

CHRISTUS quos in principio fecit in medio redemit et in ultimo iudicabit .XIX. VI. e.

(f° 77 r°, col. a)

CHRISTUS mediator dei et hominum habuit aliquid commune cum deo et aliquid cum hominibus .XIX. LXXXIX. d.

CHRISTI iugum suavius esse describitur quam servitus vitiorum .XX. CXXVIII.

CHRISTI beneficia ad homines exprimuntur .XXI. LXIII. c.

CHRISTI ymago iaculo a Iudeo transfixa sanguinem fundit .XXII. XCII.

CHRISTI tunica in civitate Zaphat invenitur et Ierosolimis transfertur .XXIIII. X. c.

CHRISTI corpus in sacramento altaris in forma digiti auricularis apparet .XXIII. <XX>.

CHRISTI passiones describuntur quas corporaliter egri ad sui consolationem inspicere debent .XXIII. XXXVII. d.

CHRISTI passionum memoriam nos facit in cunctis adversitatibus pacientes .XXIII. XXXVIII. f.

CHRISTI ymago a Iudeis flagellata et crucifixa sanguinem emittit .XXIIII. CLX.

CHRISTUM sequere si non vis errare .XXVIII. LXXVIII. d.

CHRISTI iugum ostenditur esse suavius iugo mundi .XXIX. III. d. et s.

CHRISTI passionis meditatio nobis suadetur .XXIX. XXVI. a. et s.

CHRISTI lateris apertio facta est ianua paradisi .XXIX. XXX.

CHRISTI caro deitatis estum nobis temperat et lux sancti spiritus tenebras nostre mentis illustrat .XXIX. XXXII. f.

CHRISTUS nos reformando dixit multa, gessit mira, tulit dura .XXIX. XXXVIII. d.

CHRISTI passionis et aliorum beneficiorum memoria est fomes et inflammatio ipsum diligendi .Ibidem.

CHRISTI iudicis adventus ad iudicium multa signa precedent .XXXII. CX. et s.

CHRISTI adventus ad iudicium modus exprimitur et qualiter singulorum consciencie comparebunt .XXXII. CXIIII. et s.

QUERE Annunciatio. Deus. Filius dei. Incarnatio. Salvator. Verbi incarnatio.

YAIR iudicat Israel .III. LVIII. f.

YCARIA insula describitur .II. LXXXI. e.

YCOMADE virginis notabilis vita .XXIIII. LXVI.

YCONOMUM debet habere quelibet ecclesia habens episcopum .XXI. XXXV. f.

YDEA secundum Platonem est eorum que fiunt exemplar eternum .IIII. XXIX <=LXXIX>. b.

YDEAS aliud esse realiter quam mentem dominicam falso asserit idem Plato .Ibidem. e.

YDEAS virtutum magis esse in deo quam rerum aliarum Plotinus asserit .V. IX. e.

YDIOTARUM sicut est facile vinci ita difficile compesci .XXII. XLVIII. c.

YDOLATRIA est cerimonias plus quam tempus earum transiit observare .IX. XV. b.

YDOLATRIAM Seneca arguit .X. X. a.

YDOLATRIE crimen cupiditas esse ostenditur .XX. LXXVII. a.

YDOLA primo inveniuntur .II. CII. a.

YDOLA universaliter destrui Theodosius iubet .XVIII. LV. et s.

YDOLORUM sacerdotis astucia ostenditur qua deorum specie matronas suo adulterio maculabat .XVIII. LVIII.

YDOLUM simie in perpetuam memoriam dimittitur ante Egyptum in signum quod Egyptii simulacra talia adoraverunt .XVIII. LIX. a.

YDOLUM Machometi quod est in Hyspania et mira circa illud describuntur .XXV. VII. a.

YDRA serpens describitur .II. XCIIII. d.

YDUMEA et loca circa eam describuntur .XXXII. LX. c.

YERARCHIE angelorum distinguuntur .II. XI. et s.

YERARCHIE tres adaptantur trinitati in divinis .II. XII. d.

QUERE Angelus.

YGINUS ecclesie romane presidet .XI. XCI. a.

YMAGINARIA arte Nectabanus utitur .V. I. c.

YMAGINATIO, sensualitas, ratio et affectus per (col. b) Lyam et Rachel ac ancillas earum pulcherrime figurantur .XXVIII. LIX.

YMAGINATIO duplex bestialis et rationalis describuntur .XXVIII. LXII. et s.

YMAGINATIONIS rationalis due species et eius officia describuntur .XXVIII. LXIII. et s.

YMAGINATIONIS per rationem disposite interest mala opera per pene representationem restringere .Ibidem.

YMAGINATIONIS intelligentie permixte interest spe premiorum bona desideria inflammare et comparatione bonorum corporalium bona eterna cognoscere .Ibidem.

Item .LXV.

YMAGINATIONIS evagatio nisi prius reprimatur sensualitatis appetitus minime temperatur .XXVIII. LXVI. d.

YMAGINES sacras deponere et destruere volens punitur .XXIIII. CXLIX. a.

YMAGO crucifixi clericos Anglie iuste expulsos prohibet restitui .XXV. LXXX. c.

YMAGO a Gueberto papa fabricata dat de futuris responsa .XXV. C. f. et s.

YMAGINEM cum eo ad cuius est ymaginem convenire decet, sic anima nostra cum deo convenire debet .XXIX. XIX. e.

YMAGINEM beate Marie puerum deportantem sacerdotes egyptii adorant propter prophetiam Jeremie .III. CXVI. d.

YMAGO beate Marie iaculum recipiens devotum sibi a morte liberat .VIII. LXXXIII.

YMAGO beate Marie a puero anulo subarratur .VIII. LXXXVII.

YMAGO beate Marie pictorem cadentem manu retinens eum a casu mortali preservat .VIII. CIIII. a.

YMAGO beate Marie, percusso puero suo, vestimenta scindit .VIII. CX. d.

YMAGINEM beate Marie Sarraceni nequeunt vulnerare .Ibidem. f.

YMAGINI beate Marie mamme carnee crescunt .VIII. CXIX. b.

YMAGINEM beate Marie quidam tractans inhoneste punitur .Ibidem. d.

YMAGO beate Marie oleum effundit .Ibidem. f.

YMAGO crucifixi a Iudeis flagellatur .VIII. LXXXI. f. c.

YMAGO Christi testimonium prohibet de solutione pecunie .VIII. LXXXII.

YMAGO Christi a blasfemo percussa sanguinem fundit .VIII. CX. c.

YMAGO Christi emorroissam curantis usque hodie in Cesarea perseverat .XII. LIX.

YMAGO Christi a Iudeis transfixa sanguinem effundit .XXII. XCII. a.

YMAGO Christi a Iudeis transfixa sanguinem fundit quo liviti egri ab infirmitate curantur .XXIIII. CLX.

YMAGO crucifixi clericos iuste expulsos prohibet restitui .XXV. LXXX. c.

YMAGO Christi a Coterello blasfemo percussa sanguinem effundit .XXX. XLII. e.

QUERE Maria.

YNGUINARIA passio Ytaliam atterit .XXIII. VIII. f. et s.

YNII vel Yonii martyris passio .XI. XXIII.

YONII vel Ynii passio .Ibidem.

YPAPANTI id est purificatio beate Marie Constantinopolis constituitur et statim mortalitas ibi cessat .XXII. LXXIII. e.

YPERDULIA, dulia et latria diversis rebus et personis debentur .II. LI. f.

YPOCRAS philosophus et medicus claret .III. LIIII. a.

YPOCRAS idem de adulterio mulierem suspectam quia dissimilem partum parentibus peperisset liberat .IIII. LIIII. b.

YPOCRISIS periculum Tullius ostendit .VII. VII. c.
YPOCRISIS fallit sub umbra virtutum .IX. CXXXVIII. e.
YPOCRISIS est bona facere coram eis qui possunt laudare .XV. LXXXIII. b.
YPOCRISIS maculam non habere aut nullorum est aut paucorum .XVII. LXXXIIII. d.
YPOCRISIS intelligitur illud vicium quod dominus singulariter detestatur .XVIII. LXXVI. f.
(f° 77 v°, col. a)
YPOCRISIS sub ovis simulacione lupum abscondens arguitur .XVIII. CII. f.
QUERE Fictum. Lupus. Malicia. Simulatio. Sophisticatio.
YPOCRITARUM perfidia ostenditur .VII. XII. c.
YPOCRITARUM fallacia est vitanda .VII. XVII. f.
YPOCRITA plus vult hominibus quam deo placere .XV. LXXXIII. c.
YPOCRITE nigro pallio et cetera, barba hyrci et cetera et sequitur, jejunium diurnum cibis conpensantes nocturnis a virginibus sunt vitandi .XVII. L.
YPOCRITA dupliciter peccat, bonum quod simulat non faciendo et boni speciem sub qua malus latet simulando .XXI. LXIX. a.
YPOCRITA monachus miserabiliter moritur .XXIII. XCIII. e.
YPOCRITA qui bonum opus foris exhibet velut arbor est que sine fructu floret .XXVII. LXXXI. b.
YPOLITUS et Berillus episcopi clarent eorumque libri exprimuntur .XII. XXX.
YPOLITI et sociorum eius passio .XII. XCV.
YRIS notabilis apparens in martio omnem carnem terret .XXIIII. CXXIII. b.
YSAAC nascitur et pater eius super eo temptatur .II. CVII.
YSAAC desponsat Rebeccam .II. CVIII.
YSAAC excusatur quod Rebeccam negavit uxorem .II. CXIII. d.
YSAAC abbatis collatio de puritate et speciebus orationis et compunctionis, de causis exauditionis orationis, quod oratio formatur secundum qualitatem orantis et qualiter mens in oratione stabiliri possit .XX. LXVI. et s.
YSAAC monachi spoletani vita et miracula et qualiter spiritum prophetie pollebat .XXIII. LXXV. et s.
YSACAR id est gaudii vel mercedis officium describitur quod est beatitudinis gaudia pregustare .XXVIII. LXIX.
YSAIAS prophetat .III. XCII. d.
YSAYAS videt onus Babilonis .III. XCVIII. f.
YSAYAS serra secatur .III. CVI.
YSAURIA regio describitur .II. LXX. e.
YSIDORI, Arsenii, Dyocori et Heronis martyrum passio .XII. LII. e.
YSIDORI abbatis vita et dicta moralia .XV. LXII. a.
YSIDORI presbyteri alexandrini vita .XVIII. LXV. a.
YSIDORUS hyspalensis claret, libri eius numerantur et flores ponuntur .XXIIII. XXXI. et s.
YSIDORUS idem librum decretorum apostolicorum et decretales romanorum pontificum ac statuta conciliorum compilat .XXIIII. XXXI. e.
YSIDORI corpus Toletum transfertur .XXV. XCVIII. a.

| | |
|---|---|
| YSOCRATES philosophus claret | .V. XVI. a. |
| YTALIA regio describitur | .II. LXXIIII. c. |
| YTALIA tenebris et grandine lapideo atteritur | .IIII. XCIII. e. |
| YTALIE regni origo et cathalogus regum eius | .XXI. XCIX. |
| YTALIA peste inguinaria consumitur | .XXIII. VIII. f. et s. |
| YTALIA tota sub iure Francorum regis redigitur | .XXIIII. CLXX. c. |
| YTALICI quidam stantes algore nimium moriuntur | .VI. XCVII. b. |
| YVO carnotensis decreta apostolica abbreviat et compilat | .XXVI. LXXXIIII. e. |
| YVO idem moritur | .XXVII. XXIII. e. |

ZABULON id est habitaculi fortitudinis officium describitur quod est delinquentes corripere et eos contra persequentes deffensare .XXVIII. LXX. et s.
ZACHARIAS propheta lapidibus obruitur .III. LXXXIX. e.
ZACHARIE mortis punitio describitur .Ibidem.
ZACHARIAS filius Ieroboam regnat super Israel .III. XCV. a.
ZACCARIAS filius Achaz occiditur .III. XCVIII. b.
ZACARIE monachi vita .XV. LXVI. e.
ZACCARIAS romane ecclesie presidet .XXIIII. CLI. d.
ZALENCUS orbationem totalem filii sui unius oculi proprii privatione compensat .III. CV. f.
(col. b)
ZALENCUS idem dat leges .Ibidem.
ZARDAN verba Barlaam et Josaphat duro corde audit .XVI. XXIII.
ZARDAN consilium Barlaam et Josaphat regi Avennir pandit .XVI. XXV.
ZEFFERINUS papa romane ecclesie presidet .XII. V. a.
ZELATOR rei publice ipsius utilitatem proprie saluti preponit .VI. XXVI. e.
ZELOTIPE mulieri vir suus per beatam Mariam restituitur .VIII. C.
ZELOTIPIE lex datur .III. XLIII. c.
ZELPHE filii scilicet Gar et Aser duos filios sensualitatis figurant videlicet temperate vivere in prosperis et habere pacientiam in adversis .XXVIII. LXVI.
ZELUS malus in casu aliquo est indicium zeli boni .III. III. c.
ZELUS et invidia arguitur et dampnatur .XII. LXXI.
ZELUS non terminatur sicut cetera vitia habita voluntate .Ibidem. c.
ZELI vulnera sunt obtrusa et ideo incurabilia .Ibidem. d.
ZELUS dum pro amore iusticie ultro defensorem se offert animus, non sustinet pati calumpniam veritatis .XXVII. LXXVII. a.
ZELO animarum nil amplius placet deo nec etiam placat deum .XXVIII. LXX. d.
ZELUS animarum plus placet deo quam quodcumque sacrificium .XXXI. XXXIII. a.
ZENOBII presbyteri passio .XIII. XCVIII. c.
ZENON philosophus moritur .III. CVII.
ZENON stoycus spe felicitatis obtinende post mortem se interficit .VI. XXVI. a.
ZENONIS dicta moralia .VI. XXVI. b.
ZENONIS episcopi veronensis passio .XII. LXXXIII. b.
ZENONIS monachi vita .XV. LXVI. d.
ZENON imperat eiusque gesta et perversitas describuntur .XXI. LXXIII.
ZENON Theodoricum regem Ostrogothorum consulem ordinarium facit .Ibidem. a.
ZEUGIS regio describitur .II. LXXVI. f.
ZIFEI vel Rifei montes describuntur .II. LXXXIIII. d.
ZIPERTIMEUS dux Boemie convertitur .XXV. LXII. a.
ZODIACI signa numerantur .II. XXIIII. c.
ZOE uxoris Nichostrati conversio .XIII. XIII.

ZOE eiusdem passio .XIII. XVI. a.
ZOROASTES liberales et magicas artes invenit .II. CI. c.
ZOROBABEL cum suis revertitur in Ierusalem .IIII. XV.
ZOROBABEL familiaris Darii regis Persarum efficitur .IIII. XXIX.
ZOZIME monachi gesta .XVI. LXV. et s.
ZOZIMUS idem Mariam egiptiacam in deserto reperit .XVI. LXVI.
ZOZIMUS Mariam egiptiacam corpore Christi cibat, eam sepelit et centum annis in deserto vivit .XVI. LXXIII.
ZOZIMUS ecclesie romane presidet et cereum paschalem instituit consecrari .XX. VI. b.

EXPLICIT TABULA SPECULI HYSTORIALIS.